se retiraron a su país y a los pocos días enviaron
embajadores ante Francisco Sforza para tratar de paz
y amistad. Pero a Juan de Médicis se le hace volver
de aquella campaña y se le envía por delante a atacar
Abbiategrasso; le sigue detrás el propio Sforza con
5 una tropa no despreciable de milaneses; y tomado el
puente que hay sobre el Tesino en Abbiategrasso, pues
también éste estaba ocupado por un destacamento fran-
cés, emprende con gran ímpetu el ataque a la plaza pro-
piamente dicha y, una vez tomada, da licencia a los sol-
dados para saquearla después de pasar a cuchillo a la
10 guarnición, y satisfecho de esta victoria regresa a
Milán con un botín ciertamente sustancioso, pero per-
judicial para los milaneses; pues la peste, que había
hecho estrago en Abbiategrasso, por contagio se abatió
sobre Milán con tal virulencia, que más de cincuenta
15 mil personas de esta ciudad murieron víctimas de esta
enfermedad.

13. Los franceses sin esperanza ya en el socorro
de los recios y tras la pérdida de Abbiategrasso, de
donde obtenían en gran parte el aprovisionamiento,
viéndose bloqueados casi por todas partes y con di-
ficultades de avituallamiento por lo penoso de los

iam, nisi de tuto receptu, domumque reditione cogitare, utque Heluetiorum nouae quinque millium hominum manus sese coniungerent, nisi, quae manus suis non iam ad bellum gerendum, sed, ut domum redire possent, auxilio ueniebant. Almirallius ex Nouaria copias instructas Romagnum deducit, et cum Heluetiis illis, qui ad Porediam constiterant, conueniendi loco ad Sesitem fluuium per internuntios constituto, silentio noctis castra mouit, et extrema quarta uigilia, per uadum traiecto flumine, cum Heluetiis Poredia profectis suas copias coniunxit. De hac simili fugae profectione certiores facti Caesariani equitatum ad consectandos hostes immiserunt, mille circiter peditibus scloppetariis expeditis sua sponte absque signo militari subsequens, a quibus eminus iaculantibus turbati hostes, seque uix ab effusa fuga continentes, male habiti sunt, eorumque non pauci desiderati, et in his equitum duo praefecti Petrus Baiardus et Ioannes Cabaneus; plures uulnerati, in primisque Almirallius ipse graue uulnus accepit; nec prius ex timore ac trepidatione, multis tor-

8 internuntios TA: inter nuntios R . 14 expeditis TA: ex peditis R . 15 a quibus RA: a quibus T . 16 male habiti RA: malehabiti T . 19 in primisque RA: inprimisque T

transportes, ya no pensaban en otra cosa que no fuera en una retirada segura y en la vuelta a la patria y era todo su afán incorporarse al nuevo cuerpo de cinco mil suizos, que venía en su auxilio no ya para hacer la guerra, sino para posibilitarles la vuelta a la patria. El Almirante conduce sus tropas en formación de Novara a Romagnano y habiendo fijado con aquellos suizos, que habían hecho alto en Poredia, el lugar del encuentro junto al río Sésia por medio de emisarios, levantó el campo en el silencio de la noche y después de vadeado el río poco antes del amanecer se incorporó con los suizos, que habían salido de Poredia. Los imperiales informados de esta marcha, que semejaba una huida, lanzaron a la caballería a la persecución del enemigo; detrás de ella iban por propia iniciativa y sin bandera alrededor de mil arcabuceros de infantería ligera, que disparando de lejos pusieron en desorden al enemigo; éste retrayéndose a duras penas de una declarada huida sufrió gran descalabro y tuvo bastantes bajas, entre ellas la de dos comandantes de caballería, Pedro Bayardo y Juan Cabanco; fue grande el número de heridos, concretamente el propio Almirante fue herido de gravedad; y el enemigo no pudo recuperarse del susto y la confu-

mentis signisque militaribus, et impedimentis amissis, sese hostes receperunt, quam Caesariani finem facerent insequendi.

14. Pulsis Italia Gallis, ac Laude Pompeia et Alexandria, quae oppida praesidiis Italicis nomine Gallorum tenebantur, ad deditionem compulsis, Carolus Caesar in Galliam Transalpinam bellum transferre constituit, ne sibi semper esset illatum a Gallis defendendum; sed Rex qui publicam pacem sollicitare non intermittebat, suis etiam rebus timere aliquando cogeretur, adiuuantibus hoc Caesaris consilium Caroli Borbonii rationibus, quem Gallia, dum regis iram et iniuriam metuit, digressum profugumque in suam fidem receperat, et ad bellum in Gallia administrandum idoneum esse reputabat. Carolus enim Galliae Comestabilis, et Borboniorum dux (quae natio est in Aquitania Auernos attingens) postquam, iniuria odioque regis, auitae fortunae atque eius principatus in discrimen trahebantur, iam suae quoque saluti metuens, statuit ad fidem Caroli Cae-

7 transferre TA: trasferre R . 9 sollicitare RA: sollicitare T

sión, después de haber perdido mucha artillería, banderas y bagaje, antes de que los imperiales pusieran fin a la persecución.

14. Después de haber expulsado a los franceses de Italia y de haber obligado a rendirse a las plazas de Lodi y Alejandría, que estaban ocupadas por guarniciones italianas en nombre de los franceses, el César Carlos decidió trasladar la guerra a la Galia Transalpina, para no verse siempre en la necesidad de defenderse de la ofensiva de los franceses; antes bien, que el Rey, que no dejaba de turbar la tranquilidad pública, se viera obligado alguna vez a temer también por sus posesiones; favorecían esta idea del Emperador las circunstancias de Carlos de Borbón, a quien había acogido cuando, temeroso de la cólera e iniquidad del Rey desertó y huyó de Francia, y a quien consideraba idóneo para hacerse cargo de la guerra en Francia.

15 Efectivamente Carlos, Condestable de Francia y Duque de Borbón (los Borbones son un pueblo de Aquitania, vecinos de Auvernia) viendo que por el odio y la iniquidad del Rey corrían grave peligro su patrimonio y su señorío y temeroso incluso, luego, por su vida, decidió acogerse a la protección del César Carlos y

saris confugere , atque illi suam operam, gratiam, et auctoritatem in Gallos ad regem bello consecrandum per occultos nuntios deferre; nec Carolus Caesar in tanta regis pertinacia, et in se hostili animo, conditionem respiciendam putavit, eundemque consolatus liberaliter pollicetur. Itaque Borbonius, conquisitoribus cum pecunia in Germaniam missis, qui militum duodecim millia quam occultissime possent, conducerent, per occasionem regis absentis, et Italico bello occupati, Galliam inuadere decreuerat, si rex ipse, qui post suorum cladem ad Bicocham acceptam bellum reparabat, exercitum, ut instituerat, in Italiam Transpadanam induxisset.

15. Sed his rebus enuntiatis, rex, mutato consilio, Gallia se, suisque finibus tenuit, et exercitum cum imperii summa Almirallio ducendum tradidit, Carolumque Borbonium, qui, ne ipsum in Italiam sequi cogeretur, morbum simulauerat, ad se quam primum, etiam aegrotantem, per nuntium et literas uenire iussit. Sed literis acceptis, Borbonius inani lectica in speciem

5 eundemque TR: eundemque A . 11 Bicocham A: Bichocam TR .
 18 literas fort. T: literas R: litteras A . 19 literis
fort. T: literis R: litteris A

ofrecerle por medio de emisarios secretos su colaboración, influjo y prestigio de que gozaba entre los franceses para acosar al Rey con la guerra. El César Carlos, dada la gran obstinación del Rey y hostilidad de éste contra su persona creyó que no era de despreciar la propuesta y confortándolo le hace generosas promesas. El de Borbón por tanto, después de haber despachado a Alemania comisionados con dinero, para que en el mayor secreto posible tomaran a sueldo a doce mil soldados, aprovechando la ocasión que le brindaba la ausencia del Rey ocupado en la guerra de Italia, había tomado la resolución de invadir Francia, en caso de que el Rey por su parte, que se disponía a renovar la guerra tras la derrota de los suyos en Bicoca, condujera a la Italia Transpadana su ejército, según tenía decidido.

15. Pero estos planes llegaron a conocimiento del Rey, que cambiando los suyos se mantuvo en Francia dentro de sus confines, confió el mando supremo y la conducción del ejército al Almirante, y a Carlos de Borbón, que para no verse obligado a acompañarle a Italia se había fingido enfermo, le escribió y despachó un correo con orden de que incluso enfermo compareciera cuanto antes ante su presencia. Pero recibida la carta, el de Borbón despachó su litera vacía

cum suo comitatu missa, ipse clam cum duobus duntaxat
 comitibus in Burgundiam, Carolique Caesaris fines,
 lecticae dolo non ante biduum patefacto, profugit,
 unde Caesaris uoluntate in Italiam, et Caesariana
 castra migravit; et tunc temporis aderat, cum Almira- 5
 llius et Gallicus exercitus Italia cedere cogeretur. Ex
 litteris igitur Caroli Caesaris, quae fuerunt in con-
 cilio Caesarianorum ducum recitatae, exercitus in Trans-
 alpinam Galliam ducendus Carolo Borbonio cum summa
 imperii traditur. Is, nulla interposita mora, copias in 10
 Galliam Transalpinam per Allobroges traducit (Lanovius
 enim ad Insubres cum paruo praesidio remansit) Massi-
 liamque urbem maritimam, quae capta cum portu magnas
 ad bellum gerendum commoditates praebitura uidebatur,
 primum omnium obsidere, atque oppugnare aggredi- 15
 tur; quod fore suspicatus rex Gallus, Rentium Ursi-
 num, cum Italicorum militum ad quinque millibus,
 qui, Laude et Alexandria deditis, in Transalpinam Ga-
 lliam traducti fuerant, Massiliam properare ac tueri iu-
 sserat. Itaque oppidum opere locoque et firmo praesi- 20

1 duntaxat TR: dumtaxat A . 7 litteris TA: literis R .
 10 interposita TA: inter posita R . 11 Galliam Transalpi-
 nam T: Transalpinam Galliam RA . 18 in Transalpinam Ga-
 lliam T: Transalpinam in Galliam RA

con su comitiva para aparentar que iba dentro, y él con tan sólo dos acompañantes huyó furtivamente a Borgoña, a territorio del César Carlos, sin que se descubriera antes de dos días el engaño de la litera; de allí por voluntad del Emperador pasó a Italia, al campo imperial; y estaba ya allí en el momento de la retirada forzosa del Almirante y el ejército francés de Italia. En virtud, pues, de los despachos del César Carlos que fueron leídos en la junta de jefes de los imperiales se entrega el mando supremo del ejército que ha de pasar a la Galia Transalpina a Carlos de Borbón. Este sin pérdida de tiempo hace pasar las tropas a la Galia Transalpina a través de territorio de los Alóbroges (Lanoy quedó en territorio de los insubres con una corta guarnición) y emprende antes que nada el ataque y asedio a Marsella, una ciudad de la costa, que si se llegaba a tomarla con su puerto, se creía, ofrecería grandes ventajas para hacer la guerra. Así se lo había sospechado casualmente el Rey francés, y había dado orden de pasar a toda prisa y defender Marsella a Renzo Ursini con los aproximadamente cinco mil soldados italianos, que tras la rendición de Lodi y Alejandría habían sido llevados a la Galia Transalpina. Y así, aquella plaza guarnecida sólidamente por la

dio munitum, facile obsidionem, atque oppugnationem sustentavit.

16. Rex autem, magno exercitu coacto, facile sibi fore ratus, dum Borbonius in obsidione Massiliae tempus terit, uacuam a milite Caesariano Transpadanam Italiani in potestatem suam redigere, hanc petere, omissa Massilia, decreuit, uitatisque hostibus, copias Alpibus admouere coepit. Hoc cum esset nuntiatum, Borbonius, et Marchio Piscariae, uir magnae uirtutis atque usus in re militari, communicato consilio, nec de regis animo dubitantes, optimum factum esse statuerunt, ut omissa obsidione Massiliae, exercitum in Italiam reducere maturarent, ne, dum trans Alpes noua imperia quaeruntur, quae citra magno labore iam parta erant, in discrimen adducerentur. Tormentis igitur, quae maxime iter demorari poterant, partim in naues impositis, ut Genuam deportarentur, partim comminutis, ut iumentis deferri, rursusque, cum opus esset, conflari possent, castra mouent, magnisque itineribus Mediolanum,

naturaleza y la fábrica resistió fácilmente el ataque y asedio.

16. Por su parte el Rey después de reunir un gran ejército, juzgando que le sería fácil adueñarse de la
5 Italia Transpadana, que había quedado desguarnecida de imperiales, mientras el de Borbón malgastaba el tiempo en el sitio de Marsella, resolvió desentenderse de ésta y atacar aquélla, y esquivando al enemigo comenzó a aproximar las tropas a los Alpes. Cuando se tuvo noticia de este hecho, el de Borbón y el Marqués de Pescara, hombre
10 de gran valentía y experiencia militar, de común acuerdo, sin dudar de la intención del Rey, decidieron que lo más acertado era suspender el sitio de Marsella y darse prisa en hacer volver el ejército a Italia, no fuera a ser que mientras trataban de hacerse con nuevos dominios al otro lado de los Alpes, se vieran en grave peligro los que habían conseguido a este lado con tantas
15 dificultades. Así pues, después de proceder al embarque con rumbo a Génova de una parte de la artillería, que podía ocasionar un considerable retraso, y de haber desmontado otra para que pudiera ser transportada en acémilas y montada de nuevo cuando hiciera falta, levantan el campo y a marchas forzadas se vuelven a Milán, con

ut regem, quam maxime poterat, properantem anteu-
 terent, reuerti contendunt; tantumque fuit militum
 studium, ut a Massilia profecti Papiam uicenis castris
 peruenirent; et quo die rex cum agmine primo, magna
 celeritate usus, Vercellas attigit, hoc Borbonius, et 5
 Marchio Piscariae cum equitibus, et Hispano atque
 Italico peditatu ab Alba usque ad Viqueriam, quod
 oppidum est ad Padi ripam, quadraginta passuum millia
 conficerent, Germanis interuallo itineris diurni sub-
 sequentibus. Sed Mediolanum progressi parati nihil of- 10
 fenderunt, non commeatus congesti, non aggeres refec-
 ti, propter Sfortiae ducis absentiam, qui uitandae
 pestis causa Pisleonem secesserat; itaque arcem reti-
 nere contenti, urbem deserere, et militibus in praesi-
 dia deductis, oppida caetera, quae ad bellum gerendum 15
 maiorem haberent facultatem, muris contra furentium
 Gallorum impetum obiectis, defendere constituunt, et exer-
 citus supplementum ex Germania, quo militem conducendi
 gratia mitti placuit, expectare.

13 secesserat A: secesserat TR . 14 in praesidia TR: e prae-
 sidio A . 15 caetera TR: cetera A . 19 expectare TR: expec-
 tare A

ánimo de adelantar al Rey, que se daba toda la prisa que podía; y la tropa puso tanto empeño en ello, que en veinte jornadas llegaron de Marsella a Pavía; y el día en que el Rey, que se había dado muchísima prisa, alcanzó Vercelli con la primera columna, ese mismo día el de Borbón y el Marqués de Pescara al frente de la caballería y la infantería tanto española como italiana recorrieron una distancia de cuarenta mil pasos desde Alba hasta Voghera, una plaza a orillas del Po, siguiéndoles los germanos a un día de distancia. Pero llegados a Milán no encontraron nada a punto: el aprovisionamiento sin hacer y los terraplenes sin reparar debido a la ausencia del Duque de Sforza, que se había retirado a Pisleon huyendo de la peste. Contentándose, pues, con retener el castillo deciden abandonar la ciudad y sacando los soldados para defensa, defender las demás plazas que ofrecieran mejores posibilidades para hacer la guerra, por contar con murallas con las que hacer frente al enloquecido embate de los franceses y aguardar refuerzos de Alemania, a donde se determinó enviar a contratar soldados.

17. Vix dum erant Caesariani Mediolano per
 portam, quae Romana dicitur, ordine seruato, ne pro-
 fectio similis fugae uideretur, digressi, cum per Tici-
 nensem et Vercellensem Galli succedebant, nec tamen rex
 ipse Mediolanum est ingressus, sed imposito praesidio, 5
 quod arcem simul obsideret, paucis diebus ante Nouem-
 bris Calend. exercitum oppugnandi gratia Papiam in-
 ducit. Hoc oppidum Antonius Leiuia custodiendum sus-
 ceperat, ibidem Germanorum, qui agmen nostrum sub-
 sequebantur, ad quinque millibus, Hispanisque cir- 10
 citer quingentis et quadringentis equitibus retentis.
 Ita cum huc quoque Caesariani pleraque tormenta et
 plurimum bellici apparatus contulissent, recepta Pa-
 pia bellum confectum fore rex sibi persuadebat. Dis-
 positis tormentis rex Papiam circa idus Nouembris tri- 15
 bus non continuis, sed breui interuallo diebus, magno
 impetu multis ex partibus oppugnare, et murum ferire
 tormentis aggressus, bonam eius partem demolitus est;
 ter milites irrumpere iussi, conatique, ter a Caesaria-
 nis, magno accepto detrimento, repulsi.

7 Calend. TR: Kalendas A . 11 quadringentis A: quandringen-
 tis TR

17. Apenas habían salido de Milán los imperiales por la puerta llamada "de Roma" en perfecto orden, para que su salida no se asemejara a una huida, cuando ya se acercaban por la del Tesino y de Vercelli los franceses, aunque el Rey no entró personalmente en Milán, sino que poniendo guarnición, que a un tiempo sitiara el castillo, a últimos de Octubre acercó su ejército a Pavía para atacarla. Se había hecho cargo de la defensa de esta plaza Antonio de Leiva; también allí dentro había alrededor de cinco mil germanos, que marchaban detrás de nuestro ejército, y unos quinientos españoles y cuatrocientos jinetes. Así, dado que además los imperiales habían acumulado allí la mayor parte de la artillería y una gran cantidad de aparato bélico, el Rey estaba convencido de que, si tomaba Pavía, la guerra habría terminado. Colocadas las baterías, dio comienzo el Rey a mediados de Noviembre, durante tres días no consecutivos, pero no muy espaciados, a un violento ataque a Pavía desde diversos puntos y a batir la muralla a cañonazos, logrando demoler gran parte de la misma. Por tres veces se dio a los soldados orden de asalto y por otras tres fueron rechazados por los imperiales al intentarlo, sufriendo un gran descalabro.

18. Postquam ea parte non succedebat, rex Tici-
 num, qui fluuius Papiam, qua murus erat infirmus, et
 oppidum parum munitum, alluit, auertere tentauit. Sed
 hoc quoque frustra fuit. Nam magnis imbribus consecu-
 tis fluuius auctus oppositas moles, maximoque sumptu 5
 productum opus disiecit, diruitque. Nec tamen incoep-
 to desistere rex animum inducit, indignum se , tanto-
 que exercitu, et ad hominum opinionem, quae multum
 in bello dominatur, perniciosum esse iudicans, re ,
 quam totis uiribus fuisset aggressus, infecta discedere. 10
 Perstare igitur in obsidione placet ; et quoniam ali-
 ter non datur, interclusis com meatibus, inopia rerum
 necessariarum obsessos premere , ad deditiōemque com-
 pellere. Magnos enim spiritus rex sumpserat, et mag-
 nopere contempserat Caesarianorum paucitatem, qui ne- 15
 cessario Mediolanum relinquentes in oppida munitiora
 sese recepissent, sic ut non contentus Mediolanensi
 principatu, quem sibi uelut explorata uictoria polli-
 cebatur, in regnum etiam Neapolitanum animum intenderet.
 Itaque non dubitauit peditum octo millia, et sexcentos 20

4 consecutis TA: consequutis R . 5 sumptu TR: sumtu A . 6 in-
 coepto TR: incepto A . 10 infecta A: in fecta TR . 11 quoniam
 TR: quando ad A . 12 interclusis TA: inter clusis R . 14 sum-
 pserat TR: sumserat A . 15 contempserat TR: contemserat A .
 17 sic ut em. R: itaque em. T: sic ut A

18. Viendo que no adelantaba nada por aquella parte, el Rey intentó desviar el curso del río Tesino, que baña Pavía, por donde era poco sólida la muralla y estaba mal fortificada la plaza. Pero también este intento resultó fallido. Pues el río, que había crecido a causa de las fuertes lluvias que sobrevinieron, rompió en mil pedazos los diques de contención y la obra que se había realizado con muchísimo gasto. No obstante el Rey no tomó la determinación de abandonar su proyecto, por estimar que retirarse sin ver cumplida una empresa que había acometido con tanto esfuerzo, era además de indecoroso para su persona y para tan poderoso ejército, perjudicial para la reputación, que desempeña un importante papel en la guerra; decide por tanto persistir en el asedio, y ya que no puede ser de otra manera, estrechar el cerco y obligar a los sitiados a rendirse cortándoles el avituallamiento y privándoles de las cosas imprescindibles. El Rey, en efecto, había cobrado grandes bríos y había infravalorado extraordinariamente el reducido número de los imperiales, que se habían visto forzados a dejar Milán y a refugiarse en otras plazas mejor fortificadas, de suerte que sin darse por satisfecho con el Milanésado, que se prometía a sí mismo, tenía puestas también sus miras en el Reino de Nápoles. Y así, no dudó en destacar de un ejér-

equites ex magno uidelicet exercitu detrahere, cum quibus Ioannem Scotum Albaniae ducem praefectum Neapolim properare iubet, ut uel regnum, quod nullis aut paruis praesidiis tenebatur, reciperet, uel si contra hunc auxilia fuissent a Caesarianis missa, distentis 5
hostilibus copiis facilius ipse Mediolanensi principatu potiretur: de cuius ducis, manusque ex castris profectione cum Caesariani cognouissent, non tamen adduci poterant, regem nondum Mediolanensi confecto, uelle 10
distractis copiis bellum Neapolitanum suscipere, sed per huius causam praesidium mittere, quo tormenta et quae tormentorum usui necessaria sunt, conuehi possent, quae Alfonsus Aestensis Ferrariae dux ad Papiae commodiorem oppugnationem petenti regi amicitiae gratia ex maxima scilicet copia submittebat. Alfonsus 15
enim tormentis fabricandis oblectabatur, atque eius artificii scientissimus erat.

19. Igitur Caesariani noua sex millium Germanorum manu copiis auctis, praesidio Laudi relicto, ad in-

1 detrahere RA: detrahare T . 13 Aestensis em. R: Estensis T:
Aestensis A

cito ciertamente grande a ocho mil soldados de a pie y seiscientos de a caballo, ordenando a Juan Scoto, Duque de Albania, ponerse al frente de ellos y pasar inmediatamente a Nápoles, con vistas a conseguir uno de estos dos objetivos: conquistar aquel Reino, nada o escasamente guarnecido, o bien, en caso de que los imperiales 5 enviasen refuerzos contra aquél, que a él le fuera más fácil estando divididas las tropas enemigas adueñarse del Milanésado. Los imperiales, a pesar de no haberse enterado de la salida del campamento del Duque y su gente, se resistían sin embargo a creer que el Rey sin haber concluido aún la de Milán, quisiera desmembrar su 10 ejército y emprender la guerra de Nápoles, sino que más bien con motivo de ésta despachaba un convoy a escoltar las baterías y correspondientes municiones, que a solicitud del Rey le suministraba por amistad del ciertamente enorme arsenal que poseía el Duque de Ferrara, Alfonso 15 de Este, para un mejor asedio a Pavía. Efectivamente, una de las distracciones de Alfonso consistía en fundir cañones y era un gran experto en su fabricación.

19. Así pues los imperiales, después de haberseles incorporado un nuevo contingente de seis mil germa-

sectandum Albaniae ducem, et frustrandos Gallorum conatus proficiscuntur. Sed traiecto Pado, Monticellum oppidum progressi, ex captiuis certisque auctoribus de regis consilio cognouerunt inuadendi regni Neapolitani, ac si deductam manum Caesariani consecarentur, his 5 longius submotis, pontem ab eis in Pado paulo supra Cremonam factum, occupandi, ut omne hostibus exclusis, facilius Transpadanam Italiam in potestatem redigeret; quod ne accideret Caesariani prouidentes, exercitum in castra ad Laudem reducere festinant, simulque Lanoius 10 per nuntios, et literas Neapolitanos proceres praesidiiorumque praefectos de profectione Gallorum certiores facit, et ut manus equitum, peditumque cogerent, atque oppida et arces praesidiis firmarent, cohortatur, et se ad Gallis iter iam ingressis, donec a se, uel a Ca- 15 rolo Caesare auxilia, si opus esset, mitterentur, ob- sistendum compararent.

20. Paucis diebus interiectis, ab Antonio Leiuā literae perferuntur, Germanos, qui erant in Papiāe prae-

11 literas fort. T: literas R: litteras A . 19 literas T: litere R: litteras A

nos y de dejar guarnición en Lodi, salen a perseguir al Duque de Albania y a frustrar los intentos de los franceses; pero llegados a la ciudad de Monticelli después de atravesado el Po, supieron por los prisioneros y de fuentes seguras el propósito del Rey de
5 invadir el Reino de Nápoles y de si los imperiales se lanzaban a la persecución de aquel destacamento, aprovechar su alejamiento para ocupar el puente que éstos habían tenido sobre el Po poco más arriba de Cremona, con el fin de someter más fácilmente a la Italia Transpadana, hallándose el enemigo aislado por el río. Los imperiales tomando precauciones para que esto no sucediera se apresuran a hacer volver su ejército al campamento a Lodi, al tiempo que Lanoy informa por medio de cartas y mensajes a los señores de Nápoles y a los comandantes de guarniciones de la marcha de los franceses y les exhorta a reclutar tropas de caballería e infantería y fortificar plazas y castillos con guarniciones y, puesto que los franceses ya iban de camino,
15 se dispusieran llegado el caso a resistir hasta tanto él o el César Carlos les enviaban refuerzos.

20. A los pocos días llegan cartas de Antonio de Leiva comunicando que los germanos componentes de

sidio, quanuis ab obsidionis initio oppidanorum sump-
 tibus alerentur, stipendium tamen efflaqitare, urbem,
 ni sibi satisfiat, hostibus sese tradituros minitantes.
 Laborabatur pecuniarum inopia uehementer in castris Cae-
 sarianis, stipendium enim a Carolo Caesare parce admo- 5
 dum ex Hispania suppeditabatur. Nam Clemens pontifex,
 et Florentini, ac fere reliquae liberae ciuitates, quae
 foedus cum Carolo Caesare fecerant, tempori seruientes
 ab officio discesserant; et eius amicitia, et fortuna,
 quam inclinatam iudicabant, relicta, ad reqiam, quae 10
 stare atque etiam aulescere uidebatur, se conuerterant,
 ut ex foedere pactum stipendium minime suppeditarent.
 Nec Veneti de copiis auxiliaribus ex foedere mittendis
 fidem praestabant. Caeterum Lanoius, cum Borbonio
 et Fernando Aualo communicato consilio, ex ea penuria 15
 tria ducatorum millia subducta, Germanis, si consilium
 fortuna comprobaret, submittere constituit. Hac inita
 mittendi ratione, duplicibus linteis ad thoracis formam
 aptatis, intus dispositi numi per singulos ordines, et
 quasi uersus rectis, transuersisque filis intertextis, 20

1 quanuis fort. T: quanuis R: quamuis A . sumptibus TR: sum-
 tibus A . 3 ni TR: nisi A . 5 admodum TA: ad modum R .
 9 discesserant TA: disceserant R . 14 Caeterum TR: Quamobrem
 A . 19 numi TR: nummi A

la guarnición de Pavía, si bien desde los comienzos del asedio eran mantenidos a expensas de los ciudadanos, exigían no obstante una soldada y amenazaban con entregar la ciudad al enemigo, si no se les pagaba.

En el campamento imperial había gran escasez de caudales, pues el César Carlos suministraba con bastante parquedad fondos desde España, y el Pontífice Clemente, los florentinos y casi todas las demás repúblicas que se habían aliado con el Emperador, habían descuidado su obligación a tenor de las circunstancias, y tras abandonar su amistad y su causa, que consideraban abatida, se habían pasado a la del Rey, que parecía firme y cada vez más próspera, de suerte que no aportaron en absoluto los fondos convenidos en el acuerdo. Tampoco los venecianos cumplían su palabra de enviar refuerzos en virtud del tratado. Pero Lanoy de común acuerdo con el de Borbón y Fernando de Avalos, decidió enviar bajo cuerda a los germanos, por si la suerte acompañaba su intento, tres mil ducados, que sacó de la penuria en que se hallaba. Se ideó la siguiente forma de envío: después de disponer unos lienzos dobles a manera de peto, dentro las monedas, ordenadas fila a fila, son ajustadas pasando hilvanes al hilo de la tela y al través para que no

ne delaberentur, constringuntur; tum ea lintea tunicis interioribus assuuntur, eaque ratione duo quasi thoraces numis aureis pro xylino, laneoue tomento farti, confi- ciuntur, aptanturque. Hos duces duobus Hispanis mili- tibus uiris fortissimis, quos ut negotium susciperent, 5 magnis pollicitis persuaserant, induendos tradunt, et quid fieri uelint, ostendunt, eosque, datis a Antonium, Germanorumque praesidium mandatis, bene precantes di- mittunt.

21. Erat in Gallorum castris Hispanorum cohors, 10 qui tempore superiore, propter multorum mensium sti- pendium non solutum, facta secessione, ad Gallos trans- ierant; his praeerat Petrus Gueuara, qui cum ordinem in exercitu Caesariano, summam imperii tenente Prospero Columna, duxisset, post huius mortem a Piscariae mar- 15 chione fuit per iniuriam eo gradu atque honore deiec- tus, nec a Carolo Caesare, cuius fidem uir nobilis, et tum uirtute, tum usu rei militaris praestans implo- rauit, ad suam dignitatem restitutus; quamobrem ab ip-

3 numis TR: nummis A . pro xylino A: proxylino T: proxilino R .
tomento TA: tormento R

se escurran; a continuación estos lienzos se cosen a las camisas y de este modo se confeccionan y adaptan dos a modo de petos rellenos de monedas de oro en lugar de algodón o lana. Tales petos los entregan los jefes para que se los pusieran a dos soldados españoles muy valientes, a quienes habían convencido con grandes promesas de que se encargaran del asunto, les muestran qué quieren que se haga y después de darles indicaciones para Leiva y la guarnición germana los despachan deseándoles buena suerte.

10 21. Había en el campamento de los franceses una partida de españoles, que en época anterior se habían amotinado por no haberseles pagado el sueldo de muchos meses y se habían pasado a los franceses. Estaba al frente de ellos Pedro de Guevara, que había mandado un cuerpo de tropas en el ejército del Emperador cuando
15 ostentaba el mando supremo Próspero Colonna y tras la muerte de éste le despojó injustamente de aquel grado y cargo el Marqués de Pescara, sin que el César Carlos, a quien recurrió él, un noble eminente tanto por su valor como por su pericia militar, lo restituyera en su

so principe missione, et cuicumque uellet, militandi
 impetrata facultate, ad regem Galliae sese contulerat.
 Duo igitur milites, thoracibus auro infertis induti, in
 castra Gallorum, Hispanorumque cohortem pro transfu-
 gis cum peruenissent, a Petro Gueuara, cui noti erant, 5
 de aduentus causa rogati, se patrata in castris caede
 uix irati ducis, et se ad supplicium diligenter per-
 quirentis manus effugisse responderunt. Hos Gueuara
 consolatus, bono animo esse, et apud se manere,
 iussit. 10

22. Paucis diebus interiectis, Papienses custo-
 des errumpunt, et hostes leui praelio laccessunt. His
 Gueuara, Hispanorumque cohors sese ante omnes obiiciunt;
 tum praelio commisso, duo milites pecuniam comportan-
 tes, qui inter primos uersabantur, cedentibus Papien- 15
 sibus sese coniunxerunt; et sic incolumes ad Antonium
 perducti, tradita pecunia, Lanonii, ducumque mandata
 Germanis audientibus exponunt; ex magna pecuniarum,
 ad quam redacti sint, inopia, illam se ingenti cum so-

1 cuicumque TR: cuicumque A . 3 infertis TR: infartis A .
 12 errumpunt TR: erumpunt A

cargo; razón por la cual había solicitado y conseguido del propio monarca la emancipación y licencia de servir a quien quisiera, y se había pasado al servicio del Rey de Francia. Así pues, como hubiesen llegado los dos soldados cubiertos con los petos rellenos de oro al campamento francés y a la partida de españoles haciéndose pasar por desertores, interrogados por Pedro de Guevara que los conocía sobre el motivo de su venida, respondieron que, después de cometido un asesinato en los reales, apenas habían podido escapar del enojo del general y de las manos de éste, que hacía diligentes pesquisas para castigarlos. Guevara los confortó, les dijo que estuvieran tranquilos y dio órdenes de que se quedasen con él.

22. A los pocos días los defensores de Pavía hacen una salida y provocan al enemigo a una escaramuza. Guevara y la partida de españoles antes que nadie les hacen frente; entonces, una vez entablado el combate, los dos soldados portadores del dinero que se hallaban en las primeras filas, se mezclaron con los de Pavía en la retirada. Y así conducidos sanos y salvos hasta Antonio le hacen entrega del dinero y en presencia de los germanos transmiten las indicaciones de Lanoy y de los generales: que de la gran escasez de dinero a que se veían reducidos, les enviaban aquél con enorme in-

licitudine, et singulari deferentium periculo mittere,
 non ut Germanis militibus, quod maxime uellent, satisfiat;
 sed ut iidem animum et uoluntatem suam agnoscant: roga-
 reque, et obtestari Germanos pro ipsorum perspecta fi-
 de et constantia, inopiam aequo animo tantisper tole- 5
 rarent, donec expectata, et iam a Carolo Caesare missa
 pecunia, per Genuenses mercatores perferatur, ne
 quorundam impatientia res atque dignitas Caroli Caesa-
 ris, qui magnam spem uictoriae in Germanorum fide atque
 uirtute omnibus bellis collocare consueuisset, cum de- 10
 decore laudatissimae nationis in discrimen adducatur.
 His auditis, Germani, et ducum animo studioque perspec-
 to, magnopere sunt deliniti; itaque accepta excusatio-
 ne, paruaque pecunia, aequo animo ad bellum confectum
 stipendii solutionem expectarunt, praesertim post ip- 15
 sorum praefecti mortem, qui per eos dies ardentissima
 febre correptus, nec sine ueneni suspicione, interiit;
 sic enim increbuit, Antonium hac ratione uoluisse sine
 tumultu ancipiti malo mederi, eo scilicet sublato de
 medio, qui seditionis auctor fuisse putabatur. 20

2 satisfiat A: satis fiat TR . 6 expectata TR: exspectata A .
 8 quorundam fort. T: quorundam fort. R: quorumdam A . 15 expectarunt
 TR: exspectarunt A

terés y extraordinario riesgo de sus portadores, no para saldar la deuda con los soldados germanos, lo cual sería su mayor deseo, sino para que éstos vieran su intención y su buena voluntad; que rogaban y pedían encarecidamente a los germanos por su comprobada lealtad y

5 fidelidad soportaran de buen talante la falta de dinero, hasta tanto trajeran los mercaderes genoveses el dinero que se esperaba y que ya había remitido el César Carlos, no fuera a ser que el poco aguante de algunos pusiera en grave peligro, con gran desprestigio para un pueblo tan estimable, los intereses y dignidad del César Carlos, que en todas las guerras había colocado siempre una gran esperanza de victoria en la lealtad y valor

10 de los germanos. Después de oír a éstos y de haber visto claras las buenas intenciones y el celo de los generales, los germanos se apaciguaron bastante; aceptaron, pues, la disculpa y la corta cantidad de dinero, y estuvieron

15 conformes en aguardar el pago de su estipendio hasta finalizada la guerra; especialmente después de la muerte de su comandante, que murió por aquellos días en un acceso de fiebre altísima y no sin cierta sospecha de envenamiento; ese fue ciertamente el rumor que se propagó, que Antonio había querido de esta manera poner remedio sin alboroto a un mal grave, esto es, quitando de en medio

20 al que se creía había sido el promotor del levantamiento.

23. Paucis post diebus, Germanorum altera sex millia in castra ad Laudem peruenerunt, quorum aduentu recreati Caesariani duces, haud cunctandum sibi esse constituunt, quin regem, si ad parem pugnandi conditionem deduci possit, praelio lacessant, sed magna difficultate afficiebantur, quomodo in tanta penuria, stipendio non soluto, milites adducerent, ut ex hybernis ad signa, et una castra conuenirent, et exercitum ad praelium dimicandum paratum, dictoque audientem haberent. Cum igitur pecuniae, quantum satis esset, conficiendi nulla ratio iniri posset, quod reliquum erat, ad preces descendere, et pollicitis blandaque oratione cum militibus agere placuit, sumpto ab Hispanis initio, ut quorum animi, tum natura tractabiliore et calamitatum tolerantiores essent, tum huius modi incommodis magis assueti; nam caeteri fere milites, quasi mercenarii; Hispani tanquam et existimatio, et res eorum ageretur, bellum gerebant. Igitur Fernandus Aualus Piscariae marchio, ut erat uniuersi peditatus Hispani generis praefectus, et in omni exercitu auctoritatem,

5 lacessant T: lacesserent RA . 6 quomodo TA: quo modo R .
 13 sumpto TR: sumto A . 15 tolerantiores TA: tolerantiores R .
 huius modi TR: huiusmodi A . 16 caeteri TR: ceteri A .
 17 tanquam TR: tamquam A

23. Pocos días después llegaron a Lodi al campamento otros seis mil germanos, cuya venida hizo cobrar fuerzas a los jefes imperiales, que decidieron debían presentar batalla al rey sin pérdida de tiempo, en caso
5 de que se le pudiese reducir a una lucha en igualdad de condiciones; pero tropezaban con una gran dificultad: cómo convencer a los soldados en medio de tan gran penuria de dinero y sin haberseles pagado la soldada, de que dejaran los cuarteles de invierno para ir a reunirse a un solo campamento bajo una sola bandera y de que tuvie-
10 ran dispuesto el ejército para entrar en combate y subordinado a sus órdenes. Así pues, como no había forma alguna de reunir dinero en cantidad suficiente, decidieron como último recurso proceder mediante ruegos y valerse de promesas y buenas palabras para tratar con los soldados, comenzando por los españoles, como que eran por naturaleza los más dóciles de carácter y más sufridos
15 en la adversidad, además de estar más acostumbrados a vicisitudes de este tipo; pues casi todos los demás soldados combatían, por así decir, como mercenarios, los españoles como si les fuera en ello su propia reputación e interés. Por tanto, Fernando de Avalos, Marqués de Pescara, como tenía a sus órdenes toda la infantería
20 española, y siendo el segundo en autoridad en todo el

Lanoio imperii summam obtinenti proximam, et pene parem habebat, apud Hispanos concionatur in hunc maxime modum:

24. "Si uel mea, caeterorumque ducum culpa factum esset, commilitones, ut tam diu merito stipendio careretis, aut uestra militia stipendium maxime more mercenariorum spectaret, puderet me, fateor, post tot, tantosque susceptos uobis, et sine stipendio exhaustos labores, rursus operam uestram militarem uel ad breue tempus gratuitam postulare, cuius gratia huc necessitate compulsus accessi. Tunc enim metuenda foret iusta repulsa, maximeque uerendum, ne apud uos aut cognita nostra auaritia postulationis iniustitiam et impudentiam argueret, aut illiberale uestrum institutum honestis nostris, atque necessariis postulatis obasset. Nunc magna me spes habet, quae honeste, ac necessario poscimus, facile posse ab ingenuis animis uestris impetrari. Nam et uobis nota est innocentia nostra, quos exploratum habetis non auari-

1 pene TR: paene A . 4 caeterorumque TR: ceterorumque A .
5 tam diu TR: tamdiu A . 14 impudentiam TR: imprudentiam A

ejército después de Lanoy, que ostentaba el mando supremo, gozaba de una autoridad casi igual a la suya, les dirige a los españoles en líneas generales la siguiente arenga:

24. "Compañeros, si yo y los demás generales
5 fuésemos culpables de que vosotros os viérais privados
por tanto tiempo de las pagas vencidas, o bien vuestro
servicio en el ejército se encaminara exclusivamente
como hacen los mercenarios a percibir un sueldo, me aver-
gonzaría, lo confieso, de pedir os otra vez que después
de haber arrojado tantas y tan grandes fatigas sin
estipendio siguiérais prestando aun por poco tiempo
10 vuestra colaboración de forma gratuita, que es a lo
que he venido aquí obligado por las circunstancias. En
ese caso, habría que recelar una justa repulsa y sería
muy de temer que reconocida nuestra codicia se tachara
entre vosotros de injusta y desvergonzada esta petición,
15 o bien que vuestra poco desinteresada norma defraudara
nuestra honrada y forzosa petición. En este caso, alien-
ta en mí la gran esperanza de poder conseguir fácilmente
de vuestros gallardos espíritus lo que con honradez y
obligados por las circunstancias os pedimos; pues, por
un lado vosotros sabéis a ciencia cierta de nuestra

tia , sed inopia laborare , et nobis multis magnisque documentis perspectum , uos belli gerendi praemium, non mercedem , sed laudem et gloriam potissimum uobis proposuisse; prudentissimo scilicet instituto, praestans enim uirtus, et maximis in rebus per- 5
specta fides nullo praetio aestimari, nulla pecunia remunerari queat, quoniam, quae res ignauis iuxta, et fortibus uiris adesse potest, haec non est idoneum, conueniensque praemium uirtutis egregiae, sed laus et solida gloria, quae solis praestantibus uiris contin- 10
git;cuius praecepti non magis philosophos auctores ac testes, quam uestros maiores, uosque ipsos, hoc est Hispanam gentem, citare possum, quos omni saeculo, omnique memoria illo potissimum praemio ductos bella gessisse constat ; qui magnos labores atque pericula 15
sponte suscipientes , ac fortiter obeuntes , ingentes calamitates , et rerum necessariarum inopiam aequissimo animo tolerantes , uos ita gerere consueuistis , ut bello uobis nihil magis petatum esse uideatur , quam gloria , et uera insitae uirtutis , ac roboris, 20

6 praetio TR: pretio A

inocencia y que el motivo de la estrechez no es la codicia sino la falta de dinero; y a nosotros, por otro, nos consta por numerosas y grandes pruebas de ello que vosotros os habéis propuesto como principal recompensa de vuestro servicio en el ejército no un salario, sino
5 el honor y la gloria, una norma sin duda muy acertada, pues un valor sobresaliente y una lealtad de la que se ha dejado constancia en las mayores empresas no tiene precio ni se puede pagar con dinero, puesto que aquello que puede estar tanto a disposición de los cobardes como de los valientes, no es una recompensa idónea ni adecuada a un valor extraordinario, sino el
10 honor y la solidez de la gloria que alcanza únicamente a hombres sobresalientes. En apoyo de este aserto puedo invocar con no mayor razón el testimonio y la autoridad de los filósofos, que el de vuestros mayores y el vuestro propio, es decir, el del pueblo español, que consta que en todas épocas y en todos tiempos combatieron con el móvil principalmente de aquella recompensa. Vosotros,
15 que metiéndooos voluntariamente en grandes dificultades y peligros y arrostrándolos valientemente, sufrís de muy buen talante vicisitudes enormes y la falta de cosas imprescindibles, os comportásteis siempre de manera que, al parecer, en la guerra a nada aspirábais más que al
20 honor y a la auténtica gloria del valor, esfuerzo y

fideique laus ; quam sic estis claris editis facinoribus assecuti, ut Hispanorum nomen, bellicaque uirtus et fides, et in malis ac difficultatibus inuictus animus per totum orbem cum maxima uestra laude pleno (ut aiunt) ore celebretur. Neque uero hic attinet 5
 celeberrima Numantinorum et Saguntinorum exempla, et quae Viriato et Sertorio duce gesta sunt , caeteraque omnis aetatis maxima , claraque documenta ex uetustate repetita in testimonium commemorare , cum
 multa ueteribus illis, et celebratissimis paria uestra 10
 facinora aetas nostra uiderit; quorum est in primis locupletissima testis Italia, in qua tum in regno Neapolitano, duce Gonsalo magno, tum in circumpadanis regionibus difficillima bella saepe sine stipendio ,
 et parcissime comaeatu suppetente confecistis , et 15
 pauci cum longe maioribus copiis praelia secundissima fecistis ; quorum cum aliarum nationum milites socios interdum habueritis , idcirco tamen laudem uobis potissimum, et plerunque solis , fama hominum attribuit , quoniam caeteri externos , et mercena- 20

7 caeteraque TR: ceteraque A . 9 ex uetustate repetita TA :
 ex uetustate R . 14 bella saepe TA: bella R . 17 quorum A:
 quarum TR . 19 plerunque TR: plerumque A . 20 caeteri TR:
 ceteri A

lealtad que os es connatural; gloria, que habéis alcanzado con brillantes hazañas que se han hecho famosas, de suerte que el nombre de los españoles, su valor y lealtad en la guerra y su espíritu invencible en medio
5 de contratiempos y adversidades se celebra a boca llena, como se suele decir, con grandísima honra para vosotros. Pero aquí no hace al caso remontarse a la antigüedad y recordaros los famosísimos ejemplos de numantinos y saguntinos, hazañas que acaudillaron Viriato y Sertorio, ni las demás pruebas relevantes y gloriosas que nos
10 ofrecen todas las épocas, puesto que la nuestra ha presenciado muchas hazañas vuestras semejantes a aquellas antiguas tan celebradas; y de ellas quien ofrece un testimonio más abundante es sobre todo Italia, en donde concluísteis en bastantes ocasiones guerras difícilísimas sin estipendio y con gran escasez de víveres, tanto en el Reino de Nápoles a las órdenes de Gonzalo el Grande como en las regiones del Po y siendo unos pocos ga-
15 násteis muchas batallas contra tropas mucho más numerosas; y aunque en ellas una vez que otra tuvísteis como aliados a soldados de otros pueblos, no obstante la fama la obtuvísteis mayormente vosotros y la mayoría de las veces sólo vosotros, simplemente porque los demás
20 dan la impresión de soldados extranjeros y mercenarios,

rios milites imitantur, uos ut ciues fortissimi, et quo-
 rum res, et imperium existimatioque agatur, regis uestri,
 quem fidelissime studiosissimeque colitis, bella
 gerere consueuistis. Haec cum ita sint, uiri fortissi-
 mi, non rogandi mihi esse uideamini, ne ab instituto 5
 et consuetudine uestra discedatis, sed admonendi dum-
 taxat Caroli Caesaris uestri nostrique regis et impe-
 ratoris imperium et dignitatem hoc difficillimo tempo-
 re, si unquam alias, officium uestrum postulare, ut
 quemadmodum iam diu necessario, sic ad paucos praete- 10
 rea dies inopiam aequo animo perferatis, donec pecu-
 nia ad stipendium militare ex Hispania missa, et
 propediem (ut nuntiatur) affutura perueniat, et ad
 signa sumptis armis conueniatis, ut caeteri exemplo
 uestro officii sui admoneantur, nec quisquam sibi pu- 15
 tet in stipendio necessitate dilato satis esse causae
 ad bellum turpiter et ignaue, addo etiam stultissime,
 tali tempore, et tantarum rerum sese ostendentibus
 occasionibus, detrectandum. Nec enim, ut arbitror,
 statum rerum, et rationem belli huius nescitis, aut 20

6 dumtaxat TA: duntaxat R . 13 propediem A:prope diem TR .
 14 sumptis TR: sumtis A . caeteri TR: ceteri A . 19 ar-
 bitror A: arbitrior TR

vosotros en cambio os comportásteis siempre en las guerras de vuestro Rey, a quien servís muy leal y afectuosamente, como ciudadanos muy valerosos y como a quienes les va en ello su propio interés, poder y reputación. Y dado que esto es así, hombres de gran
5 valor, no me parece que os deba rogar que no os apartéis de vuestra norma acostumbrada, sino solamente advertiros que el poder y la dignidad del César Carlos vuestro y nuestro Rey y Emperador en momentos tan críticos exige más que nunca de vuestro servicio, que como
10 ya hace tiempo lo hacéis forzosamente toleréis de buen talante por algunos días más la falta de dinero, hasta tanto llega el dinero remitido desde España para pagaros y que según las noticias está al llegar, y que con las armas en la mano vayáis a reuniros junto a las enseñas, a fin de que los demás gracias a vuestro ejemplo
15 se acuerden de su obligación y nadie considere que el retraso involuntario de la paga le da motivo suficiente para rehuir la guerra de forma vergonzosa y cobarde, añado incluso necia, en una coyuntura tal y en las circunstancias tan favorables que se presentan. No
20 creo efectivamente que ignoréis la situación ni la

pugnandi conditio quam impar et dissimilis nobis, hos-
tibusque, et quam disparia praemia uictoribus propo-
sita sint, ignoratis. Illi enim bellum gerunt cum for-
tissimis quidem, sed egenis hominibus, et praeter uir-
tutem et arma hoc quidem tempore a rebus cunctis ino- 5
pibus, quibus cruenta uictoria superatis, si forte,
(quod abominor) superaremur, uictores nec praeda, prae-
ter equos et arma, secutura sit, nec de capto magno
aliquo principe triumphus, quae cogitatio, fortissi-
morum etiam animos obtundere, et minus alacres redde- 10
re solet ad praelio decertandum. Nobis contra res est
cum rege Gallorum, opulentissimum exercitum ducente,
ex his nationibus, quas saepe deuicistis, confectum,
et quem pleraque Gallica nobilitas, auro, argentoque
fulgens assectatur, quos si armis, quemadmodum spe- 15
ro, et uobis solitum est, deuiceritis, ingenti
praeda cum locupletissimis captiuis potiemini, et
inueteratam gentis uestrae bellicam laudem nouo et
clarissimo exemplo, magnaue et perpetuo duratura glo-
ria cumulabitis, rege cum tot, tantisque proceribus, 20

naturaleza de esta guerra, ni que os pase desapercibido en qué distintas y desiguales condiciones luchamos el enemigo y nosotros y qué recompensas tan diferentes aguardan a los vencedores; pues ellos pelean, es cierto, contra unos hombres muy valientes, pero pobres y carentes en este preciso momento de todo a no ser de valor y armas, y una victoria sangrienta sobre ellos, si es que somos vencidos, cosa que no quiero ni pensar, y ellos quedan vencedores, no iría acompañada de más botín que caballos y armas, ni del triunfo de haber hecho prisionero a algún gran Príncipe, consideraciones que suelen embotar los ánimos aun de los más valientes y les resta predisposición para entablar combate. Nosotros en cambio nos las vemos con el Rey de Francia, que manda un ejército muy opulento, reclutado entre aquellos pueblos que vosotros habéis vencido en bastantes ocasiones, y a quien acompaña gran parte de la nobleza francesa resplandeciente de oro y plata; si los vencéis a ellos por las armas, como yo espero y vosotros tenéis por costumbre, os apoderaréis de un ingente botín, a más de unos prisioneros riquísimos y añadiréis a las antiguas proezas guerreras de vuestro pueblo un nuevo y gloriosísimo blasón y una gloria grande e imperecedera, matando o bien haciendo prisionero

aut capto , aut interfecto. Nam de uictoria multa
 sunt, quae me uetant dubitare; primum , melior ,
 iustiorque belli, quod defendimus, causa, cui deus
 superbiae et iniuriarum uindex adesse solet; deinde
 uestra, caeterorumque militum nostrorum uirtus, cum 5
 qua non est Gallorum nec robur animi , nec constan-
 tia conferenda; tum , quod eorum numerus, quo maxi-
 me ualebant, adeo imminutus est , parte copiarum ad
 regnum Neapolitanum inuadendum dimissa , ut ne hoc
 quidem iam post aduentum Germanorum sint longe no- 10
 bis superiores. Agite ergo, uiri fortes, et pris-
 tinae uirtutis, fideique memores non de tenui stipen-
 dio, quo nemo est unquam locupletatus , nec quis-
 quam uestrum fraudabitur, cum facultas erit, quam
 propediem expectamus, sed de opulenta praeda, et 15
 magna gloria cogitantes, uos ad arma comparate, ut
 officium uestrum tum sociis et cognatis, qui ad Pa-
 piam obsessi spem suae salutis .in uestra uirtute ac
 fide posuerunt, tum Carolo regi imperatorique nos-
 tro, hoc suo magno tempore praestetis, quo totum 20

5 caeterorumque fort. T: caeterorumque R: ceterorumque A . 15 ex-
 pectamus TR: exspectamus A

al Rey y a tantos y tan grandes señores. Muchos son en efecto los motivos que me impiden poner en duda la victoria: el primero, que la causa que nosotros defendemos en esta guerra es la mejor y más justa y a ella suele prestarle su apoyo Dios, que castiga la soberbia y la injusticia; luego vuestro valor y el del resto de nuestros soldados, que no admite parangón con la firmeza ni entereza de los franceses; y finalmente, que el número de sus tropas, en que se basaba principalmente su superioridad, después de haber despachado parte de ellas a invadir el Reino de Nápoles, ha decrecido tanto, que ni siquiera en este aspecto tras habérsenos incorporado los germanos nos llevan ya gran ventaja. Animo pues, valientes, tened presente vuestro primitivo valor y lealtad y pensando no ya en la exigua soldada, con que nadie se ha hecho nunca rico, y que a ninguno de vosotros se le escamoteará cuando llegue la oportunidad que está al llegar, sino en un rico botín y una gran gloria, disponeos a combatir para prestar vuestro servicio tanto a los compañeros y allegados, que asediados en Pavía han depositado la esperanza de su liberación en vuestro valor y lealtad como al Rey Carlos y Emperador nuestro en este momento trascendental, en

eius Italicum imperium agitur. Frustra enim uestra
natio tot, ac tantas uictorias, nostra patrumque me-
moriam, de Gallis reportasset, tota fere Italia, quam
illi sibi iniuste ac insolenter uindicabant, in uestram
potestatem redacta, si quod imperii, et gloriae maiores 5
uestri sua uirtute, et malorum tolerantia pepererunt,
id uos pertinacia, et praepostera quadam auaritia
uolentes amitteretis, turpissime socios, et Italiam
hostibus uestra cunctatione prodentes, quae res lon-
gissime a uestra natura, consuetudine, et institu- 10
to absunt."

25. Hac oratione habita, alacres Hispani, et cu-
pidi belli gerendi, operam suam liberaliter pollicentur,
seque solidum mensem aeque animo stipendium expectatu-
ros confirmant. Tum cum Germanis eodem fere modo ac- 15
tum per Georgium eorum praefectum, et ab eis, His-
panorum exemplo permotis, impetratum, ut stipendii
medietate ad praesens contenti bellum gerere ne
grauarentur. Equites quoque, ut debiti stipendii accep-

14 expectaturos TR: expectaturos A

que está en juego todo su poder en Italia. Pues en vano habría obtenido vuestro pueblo tantas y tan grandes victorias sobre los franceses en nuestros tiempos y en los de nuestros padres, con el sometimiento a vuestro poder de la práctica totalidad de Italia, que ellos con soberbia y sin razón reclamaban para sí, si vosotros voluntariamente y por una codicia intempestiva dejáis perder lo que de poder y gloria consiguieron vuestros mayores con su valor y sufrimiento de la adversidad y con vuestra vacilación abandonáis ignominiosamente en manos del enemigo a los compañeros y a Italia, comportamiento que dista mucho de vuestro carácter, normas y costumbres".

25. Después de esta arenga los españoles prestos y deseosos de entrar en combate ofrecen desinteresadamente su colaboración y se muestran conformes con esperar sus pagas un mes entero. A continuación utilizó prácticamente el mismo procedimiento con los germanos su comandante Jorge y persuadiéndolos con el ejemplo de los españoles logró que contentándose por el momento con la mitad de los atrasos no se mostraran reacios a hacer la guerra. También se consiguió sin demasiada di-

ta parte ex hybernis ad signa conuenirent , haud di-
 fficulter exorantur. Copiis in unum coactis, primum
 omnium Sanctum Angelum oppugnare placet, quod cas-
 tellum medio ferme spatio inter Laudem, et Papiam
 situm, a Pyrro Gonzaga cum praesidio Italico peditum 5
 octingentorum, et ducentorum equitum regis nomine
 tenebatur, multumque com meatibus in Caesariana cas-
 tra, Laudemque comportandis obstabat. Coepta oppug-
 natione, posteaquam tormentis, et sclopetis murum
 defensoribus nudauerant, atque hostem repulerant, Mar- 10
 chio Piscariae, ab Hispano centurione subleuatus, se-
 cundus post eum et murum conscendit, et intra oppi-
 dum desiliuit; huius uirtutem Hispani milites laudan-
 tes, et libenter imitantes, conscenso muro in oppidum
 irruperunt, portisque refractis caeteros admiserunt, 15
 nec fuit difficile hostes, qui se in arcem receperant,
 intentata oppugnatione ad deditionem compellere, quos
 Marchio, praefecto et centurionibus exceptis, incolumes,
 armis tamen, et equis exutos, trans Abduam abire per-
 misit; data fide, et iure iurando, arma se non ante men- 20

5 Pyrro TR: Pyrrho A . 9 sclopetis TR: scloppetis A .
 15 caeteros TR: ceteros A . 16 difficile A: difficille TR .
 20 iure iurando TR: jurejurando A . 20 se non T: se RA

ficultad que la caballería saliera de los cuarteles de invierno y fuera a reunirse junto a las enseñas después de percibir parte del dinero que se les adeudaba. Una vez concentradas las tropas, se decide atacar antes que nada a S.Ángelo, un fuerte prácticamente a media distancia entre Lodi y Pavía, que Pirro Gonzaga tenía ocupado en nombre del Rey con una guarnición italiana compuesta por ochocientos soldados de a pie y doscientos de a caballo, y que obstaculizaba en gran manera la conducción de víveres al campamento imperial en Lodi. Iniciado el ataque y cuando ya los cañones y arcabuces habían dejado libre de defensores la muralla y habían hecho retroceder al enemigo, el Marqués de Pescara subió a la muralla ayudado por un capitán español que iba delante y saltó dentro del recinto de la ciudad; los soldados españoles elogiando su valor y emulándolo con gusto escalaron la muralla y se precipitaron dentro de la ciudad y haciendo pedazos las puertas franquearon la entrada a los demás; y tras un conato de ataque, no fue difícil obligar a rendirse a los enemigos que se habían refugiado en el castillo; a todos ellos, con excepción de su comandante y capitanes despojándolos no obstante de armas y caballos, les permitió el Marqués marchar sanos y salvos al otro lado del Adda, después de haber dado palabra y haber jurado que no empuñarían

sem exactum aduersus Caesarianos sumpturos.

26. Nec uero solum ad Sanctum Angelum bene
pugnatum est a Caesarianis, sed etiam ad Casale ma-
ius Alexander Bentiuolus cum Italorum manu missus
Ioannem Ludouicum Palauicinum oppressit, qui cum 5
duobus peditum millibus, et quadringentis equitibus
uias, ut Caesarianos com meatibus prohiberet, iussu re-
gis obsidebat, et incursionibus infestabat. Nam praelio
commisso, ipsum equo delapsum uiuum cepit, eiusque
copias fudit atque fugauit. Gaspar quoque Mainus 10
Mediolanensis, qui Alexandriam cum praesidio tenebat,
Italicorum duo millia ex iis qui Massiliae aestate su-
periore praesidio fuerant, et euocati a Rege in castra
ipsius contendebant, praetergredientes adortus, in fu-
gam dedit, et in Castellatium uicum compulsos armis 15
exutos dimisit.

27. Ad haec incommoda illud quoque multo etiam
grauius Gallis accessit, quod Retiorum quatuor millia

1 Caesarianos T: Caesarianos non RA . sumpturos TR: sumtuos A .
4 Bentiuolus TR: Bentivollus A . 14 praetergredientes TA:
praeter gredientes R . 18 Retiorum TR: Rhaetiorum A . quatuor
t eras. R: quattuor T: quatuor A

las armas contra los imperiales antes del transcurso de un mes.

26. Pero no sólo en S. Angelo obtuvieron los imperiales un triunfo, sino que también junto a Casal Mayor, Alejandro Bentivollo que había sido destacado con un cuerpo de italianos derrotó a Juan Luis Palavicino, que con dos mil soldados de a pie y cuatrocientos de a caballo por orden del Rey bloqueaba e infestaba con correrías los caminos para cortar el avituallamiento a los imperiales. Pues entablado el combate, a él lo cogió vivo después de derribarlo del caballo y a sus tropas las dispersó y puso en fuga. También Gaspar Maino Milanes que tenía ocupada Alejandría con una guarnición, a dos mil italianos de los que el verano anterior habían estado defendiendo Marsella y que, mandados llamar por el Rey se dirigían a su campamento, saliéndoles al paso los puso en fuga y tras acorralarlos en la aldea de Castellazzo los soltó después de haberlos despojado de las armas.

27. A estos contratiempos vino a sumársele uno todavía más grave para los franceses: el abandono del

finitimo bello euocata e castris discesserunt. Causa
 discedendi fuit , Dauennae ipsorum ditionis oppidi ad
 Larium lacum amissi nuntius perlatus, quod Ioannes
 Iacobus Medices, qui arci Mussi castelli Mediolanensis
 ditionis haud procul inde praeerat, per dolum scilicet 5
 occupauerat, pauci enim milites ab eo missi, et quid
 fieri uellet, edocti, cum loco idoneo ad arcem Dauen-
 nae in insidiis consedisent, praefectum ex consuetu-
 dine arce digressum exceperunt, eoque in arcis, uxoris-
 que conspectum reducto, hanc iactatione uerborum, et 10
 mariti necis, nisi dedat arcem, denuntiatione, ut se
 intra arcem reciperet, coegerunt. Quo nuntiato, Ioan-
 nes Iacobus cum trecentis militibus accurrit, occupa-
 que arce, facile oppidum in potestatem redegit. Hoc cog-
 nito, Retii, qui aderant, non solum sese sumptis armis 15
 ad Dauennam recipiendam comparare, sed etiam illos ,
 qui erant in regis castris, per literas et nuntios euo-
 care coeperunt , quos dubitantes capitis mulcta , et
 bonorum publicatione, si non paruissent, constituta ,
 domum redire coegerunt. Horum discessus multum fre- 20

9 exceperunt TA: ex ceperunt R . 15 Retii TR: Rhaetii A .
 sumptis TR: sumtis A . 17 literas fort. T: literas R: litte-
 ras A

campamento de cuatro mil recios que acudieron a una guerra suscitada en sus confines. El motivo de su retirada fue la noticia que llegó de la pérdida de Davenna, una ciudad de su jurisdicción junto al lago Lario, de la que efectivamente se había apoderado por una estratagema Juan Jacobo de Médicis, alcaide del castillo de Musso, un fuerte de la jurisdicción de Milán no muy distante: unos cuantos soldados que éste había despachado con instrucciones concretas habiéndose emboscado en un lugar muy a propósito junto al castillo de Davenna al salir del castillo como de costumbre sorprendieron al alcaide y llevándolo a la vista del castillo y de su mujer, con intimidaciones y amenazas de dar muerte al marido, si no entregaba el castillo, obligaron a ésta a dejarlos entrar en el mismo. Y enterado de esto Juan Jacobo acudió rápidamente con trescientos soldados, y con el castillo en su poder le fue fácil someter la plaza. Cuando tuvieron conocimiento de este suceso, los recios que se encontraban presentes no sólo se dispusieron a empuñar las armas para recuperar Davenna, sino que también empezaron a llamar mediante cartas y misivas a los que estaban en el campamento del Rey, y ante sus dudas los obligaron a volver a la patria decretando pena de muerte y confiscación de bienes para los contraventores. Su retirada de-

git Gallorum, ac regis animum; sic enim factum est ,
 ut regis exercitus Caesarianis numero par, aut etiam
 inferior redderetur.

28. His rebus maiore in dies auctoritate, et spi-
 ritibus sumptis, Caesariani haud sibi cunctandum esse 5
 statuebant, quin castra castris conferrent, atque hostes
 praelio lacerarent. Minus igitur mille passuum ab re-
 gis castris interuallo cum castra posuissent, hostem
 diurnis, nocturnisque eruptionibus infestare, et uanis in-
 terdum ad pugnam per clangorem tubarum et timpanorum 10
 strepitum nocturnis irritamentis sollicitare, nec som-
 num capere pati, ut primum metu ac sollicitudine ue-
 xarent, deinde, cum uanum timorem consuetudine remi-
 sissent, securiores offenderent, ubi uisum esset, uero
 praelio lacerare. 15

29. Rex autem, se suosque castris diligenter
 continere bellumque ducere, sic fore sperans, ut exer-
 citus Caesarianus, stipendio non suppetente, rerum nece-

5 sumptis TR: sumtis A . 10 timpanorum TR: tympanorum A .
 11 sollicitare TR: sollicitare A . 12 sollicitudine TR: soli-
 citudine A

salentó mucho al Rey y a los franceses; pues su ejército venía a ser así igual o incluso inferior en número al de los imperiales.

28. Los imperiales, cobrando cada vez más alientos y superioridad gracias a estas circunstancias, pensaban que sin pérdida de tiempo debían acercar sus reales a los del enemigo y presentarles batalla. Habiendo
5 sentado, pues, sus reales a menos de mil pasos de distancia de los del Rey dieron en hostigar al enemigo con salidas durante el día y la noche y en soliviantarlo alguna que otra vez con falsas incitaciones nocturnas
10 a la lucha mediante el toque de trompetas y el redoble de tambores sin dejarle conciliar el sueño, a fin, primero, de fatigarle con los sustos y el sobresalto y, segundo, de sorprenderlo en el momento que pareciera oportuno presentarles batalla de veras, cuando estuviesen mas tranquilos y hubiesen dejado de asustarse
15 creyendo que se trataba como de costumbre de una falsa alarma.

29. El Rey por su parte cuidaba de mantenerse a sí y a los suyos dentro del campamento y de alargar la guerra, en la confianza de que el ejército imperial ante lo exiguo de sus fondos se desharía en breve por fal-

ssariarum inopia breui dilaberetur, qui timor uicissim
 Caesarianos duces angebat urgebatque, ut maturarent rem
 praelio committere, si qua se facultas ostenderet non
 iniqua conditione decernendi. Erant castra regis caete-
 ris ex partibus uallo, atque fossa permunita, sed uno 5
 latere murus non admodum firmus, locum illum, Parcum
 uulgo dictum, cingebat: hic Cartusianorum Monacho-
 rum coenobium erat, et praetorium Mirabellum uoca-
 tum, quo duces Mediolanensis uenationis causa secede-
 re solebant. Ad coenobium castris circumfusus, rex 10
 ipse initio diuersabatur, sed postea his propius urbem
 commotis, ipse quoque urbi appropinquauit. Ad praeto-
 rium uero, quod paulum erat a continentibus castris
 seiunctum, pars equitatus, et peditum nonnullae co-
 hortis conseruerant. Igitur marchio Piscariae, cum quo 15
 tidiana fere consuetudine considerandi gratia castra
 regis obequitaret, animaduertit eam partem, qua muro ob-
 iecto satis se munitos esse Galli existimabant, negligenti-
 us custodiri, et hac aditum aperiri posse ad copias in-
 troducendas iudicauit; consilioque cum Carolo Lanoio, et 20

4 caeteris TR: ceteris A . 5 ex partibus A: ex partibus TR .
 10 circumfusus fort. T: circumfusus R: circumfusus A .
 14 nonnullae TA: non nullae R

ta de lo imprescindible; temor que inquietaba a su vez a los generales imperiales y los constreñía a apresurarse a probar suerte en la batalla a la primera oportunidad que se presentara de luchar en condiciones no desfavorables. Estaba el campamento del Rey
5 muy bien guarnecido de todos lados por una fosa y una empalizada, menos por uno por donde una muralla de no mucha consistencia rodeaba aquel paraje llamado comúnmente "El Parque"; aquí se encontraban el monasterio de los monjes cartujos y la quinta llamada Mirabel a donde los Duques de Milán solían retirarse para cazar.
10 En un principio el Rey había dispuesto el campo alrededor del monasterio y se había instalado en él, pero después lo aproximó más a la ciudad y se acercó él también. Junto a la quinta, que estaba un poco separada del recinto de los reales, se había apostado parte de la caballería y algunos batallones de infantería.
15 Así pues, el Marqués de Pescara estando inspeccionando a caballo, como solía hacer a diario, el campo del Rey, observó que aquella parte, por donde los franceses se creían suficientemente guarnecidos por mediar la muralla, no estaba bien vigilada y creyó que por aquí se podría
20 abrir brecha para dar entrada a las tropas; y de común

Borbonio communicato, placuit, ut subruto muro, et copiis inductis, Mirabellum occuparent, ibique castra munirent, quo Papiam obsidione laxarent, et cum uiam ad urbem expediuissent, adiuncta sibi manu, quae cum Antonio erat in praesidio, hostes ea parte, quae immunita erat, praelio laesserent. 5

30. Caeterum certiores facti iidem duces, praesidium Papiense tormentarii pulueris inopia laborare, equitibus Hispanis expeditis sexaginta cum Faro praefecto adscitis, sacculos singulos puluere plenos his contribuunt, et quid fieri uelint, imperant. Erat in castris regis Ioannes Medices Italicorum equitum praefectus, uir animosus et impiger, qui saepe, inconsulto rege, cum suis extra ordinem, nec accepta tessera, castris ad captandas occasiones Caesarianos opprimendi excedebat, qui per inopiam commeatus ex propinquis aedificiis agrisque petendi gratia, saepe turmatim centuriatimque uagabantur. Haec Ioannis consuetudo explorata Lanoio, ducibusque Caesarianis erat. Igitur equites Hispani, qui saccu- 15

7 Caeterum TR: Ceterum A

acuerdo con Carlos de Lanoy y el de Borbón resolvió adueñarse de Mirabel demoliendo la muralla y dando entrada a las tropas y fortificar allí el campamento, con el fin de liberar a Pavía del asedio, y, después de haberse abierto camino hasta la ciudad y habérsele incorporado la tropa componente de la guarnición al mando de Antonio, presentar batalla al enemigo por aquel lado que estaba desguarnecido.

30. Por otra parte informados estos mismos generales de que la guarnición de Pavía estaba en dificultades por falta de pólvora llaman a sesenta españoles de caballería ligera y a su comandante Haro y les entregan a cada uno un saco lleno de pólvora con órdenes concretas. Se hallaba en el campo del Rey el comandante de la caballería italiana Juan de Médicis, hombre decidido y activo, que a menudo, sin tomarle parecer al Rey, salía con su gente sin formar y sin haber tomado santo y seña en busca de oportunidades para sorprender a los imperiales, que muchas veces por falta de víveres andaban en partidas de acá para allá para proveerse de ellos en las casas y campos de las inmediaciones. Esta costumbre de Juan la conocían bastante bien Lanoy y los demás jefes imperiales. Así pues, los jinetes es-

los ad priorem ephippii partem adstrictos importabant,
 ad castra Gallorum progressi , per mediam hostium
 stationem vadunt, et quinam mortales essent , rogan-
 tibus , ac tesseram petentibus Gallis , se Ioannis
 Medicae equites esse respondent, custodiamque fallunt; 5
 postremo admissis equis portae succedunt, et in urbem
 incolumes recipiuntur.

31. Postridie ad sextum Calendas Martias, qui
 fuit annus Christi nati millesimus quingentesimus uige-
 simus quintus, antecedentis noctis tertia uigilia Cae- 10
 sariani duces, praemissa Hispanorum cohorte ad regia
 castra, qui clamore cohortantium ad arma, et tympano-
 rum sonitu, scloppetorumque strepitu , hostes , uelut
 ea parte castra oppugnaturi sollicitarent, et eorum in
 se animos conuerterent, copias ipsi silentio castris edu-15
 cunt duplici acie instructa, quarum altera Germanorum e-
 rat, Hispanorum altera, Italicis, qui mille circiter nu-
 mero erant, praesidio tormentis esse iussis. Ubi ad Par-
 cum uentum est, tanta fuit militum murum ariete conquu-

3 vadunt et em. R: uadentes T: vadunt et A . 5 Medicae TR: Medi-
 cis A . 8 Calendas TR: Kalendas A . 19 conquutientium TR: con-
 cutiantium A

pañoles, que llevaban atados los sacos a la parte delantera de la gualdrapa, llegados al campamento francés, al preguntárseles cuando pasaban por el puesto de guardia quiénes eran y pedirseles santo y seña ,
5 respondieron ser gente de a caballo de Juan de Médicis y burlaron la guardia; finalmente metiendo espuelas a los caballos se acercaron a la puerta de la ciudad y entraron sanos y salvos en ella.

31. Al día siguiente, veinticuatro de Febrero de
10 1525 d. C. como a las dos de la mañana los generales imperiales, después de haber enviado por delante un regimiento de españoles al campo del Rey para que con el griterío de las llamadas a las armas, el ruido de las trompetas y el estruendo de los arcabuces soliviantaran al enemigo haciéndole creer que iban a atacar el
15 campamento por aquel lado y distrajeran su atención, sacan ellos en silencio las tropas del campamento alineadas en doble fila, una de ellas compuesta por germanos y la otra por españoles; los italianos en número aproximado a cinco mil reciben orden de escoltar la artillería. Una vez que se hubo llegado al "Parque", fue tal el brío y entusiasmo de los soldados en batir

tientium diligentia et studium, ut prius bona muri parte solo aequata, Parcum irrumperent, quam Galli, quid ab his gereretur, plane, quanquam sonitum audierant, intelligerent. Re autem cognita, propere ad arma concurrunt, equitatu praemisso, a quo, praesidio Italicorum deleto, facile tormenta fuerunt occupata.

32. Hoc cognito, Marchio, qui Mirabellum a Gallis timore desertum occupauerat, hostibus obuiam uenientibus, et frequentissima tela tormentis iaculantibus, rem iam non consilii esse, sed necessitatis animaduertens, Borbonium, atque Lanodium, qui cum equitatu constiterant, misso nuntio, de amissis tormentis certiores facit, utque sese praelio compararent, adhortatur, quemadmodum ipse necessario copias Mirabello ad dimicandum educeret. Idem paulo post acie instructa, animaduertens, Caesarianum equitatum ab hostili, qui multis partibus maior erat, repulsum urgeri, utilissimo consilio Alfonsum Cordubam, et Quaesadam praefectos, cum iaculatorum Hispanorum manu, subsidio mittit equi-

2 irrumperent A: irruperrant T: irrumperrent R . 3 quanquam fort. T: quanquam fort. R: quamquam A . 8 Gallis TA: Gallis R . 13 adhortatur TA: ad hortatur R . 17 utilissimo TA: utilissimo R . 18 Quaesadam TR: Quesadam A

la muralla con el ariete, que derribada una buena parte de la misma irrumpieron en el "Parque" antes que los franceses, a pesar de haber oído el ruido, se diesen buena cuenta de lo que hacían. Pero cuando comprendieron lo que pasaba, acudieron arrebatadamente a las
5 armas, despachando por delante a la caballería, que se aduenó fácilmente de los cañones después de aniquilada la escolta de italianos.

32. Enterado de ello el Marqués, que había ocupado Mirabel una vez abandonado por los franceses a causa del miedo, al ver venir a su encuentro a los enemigos
10 disparando a más y mejor comprendió que no era ya cosa de deliberación, sino de apremiante necesidad y avisó por un expreso al de Borbón y a Lanoy, que habían hecho alto con la caballería, de la pérdida de la artillería advirtiéndoles que estuviesen preparados para entrar en combate y que él por su parte se iba a ver obligado
15 a sacar las tropas de Mirabel para combatir. Poco después estando ya el ejército en formación, observó él mismo que la caballería imperial estaba siendo rechazada por la del enemigo, muy superior en fuerzas, y se veía en aprietos, y tomando una decisión muy acertada despachó a socorrer a la caballería una partida de arcabuceros españoles a las órdenes de Alfonso de Córdoba y de

tatui; quae manus Gallos equites a latere urgendo ,
 multis deiectis, tantopere telis, strepituque conturba-
 uit, ut gradum referre cogeret. Itaque Caesariani equites
 conuersi, et magno impetu relati Gallos equites cedentes,
 donec prope castra uentum est, consectantur; tum uero 5
 praelio redintegrato, pro uexillo, cum quo Fernandus
 rex equestrem suam familiam fraterno exercitui subsi-
 dio miserat, est acriter utrinque pugnatum, bis enim
 amissum, idemque bis receptum est a Caesarianis.

33. Interea Marchio, imperandi, et administran- 10
 di gratia , dimissa cum Vasti marchione Hispanorum ma-
 nu , ad Germanos , qui propius hostes erant , deuenit,
 eoque , et Georgio cohortantibus , et antecedentibus ,
 Germanorum acies genibus flexis deum Christiano more,
 ut res feliciter eueniret , comprecata Heluetiorum ob- 15
 uiam phalangem adoritur , Hispanis iaculatoribus la-
 tera cludentibus , atque eminus rem gnauiter ge-
 rentibus; sed Heluetii, Caesarianorum primum impetum
 ferre nequeutes , pedem referre coeperunt , moxque

1 a latere A: alatere TR . 4 impetu TA: impitu R . 19 ne-
 queutes TA: nequentes R

Quesada. Esta partida estrechando por un flanco a la caballería francesa y derribando a muchos de los jinetes le causó tal desazón con sus tiros y estruendo, que la obligó a retroceder. Y así, recobrándose la caballería imperial y volviendo a embestir con gran violencia persigue a la caballería francesa en retirada hasta cerca de los reales; entonces se reanudó un auténtico combate y ambas partes lucharon encarnizadamente por el estandarte, con que había enviado a la caballería de su guardia el Rey Fernando en auxilio del ejército de su hermano, pues por dos veces lo perdieron los imperiales y por dos veces lo volvieron a recuperar.

10 33. Entretanto el Marqués, después de haber destacado una partida de españoles al mando del Marqués del Vasto, pasó para dar órdenes y disposiciones a donde estaban los germanos, que se hallaban más próximos al enemigo, y exhortándoles y yendo al frente él y Jorge, la línea de germanos, después de pedir a Dios de rodillas, según costumbre cristiana, que saliera bien la empresa, arremetió contra el batallón de suizos que tenía enfrente, cerrando los costados los arcabuceros españoles y combatiendo de lejos con eficacia; pero los suizos no pudiendo resistir la primera embestida de los

Germani hostes , qui sese Hispanis opposuerant , paruo negotio fusi ab eis, atque fugati sunt , ut erant scilicet sociorum fuga conturbati.

34. Eodem fere tempore, ex alia parte Antonio Leiuā cum praesidio erumpente , fuga undique a Gallis fieri coepta est ; et nostris insectantibus , multi concisi, plures in Ticinum amnem praecipitati perierunt. Carolus enim Alansonii dux, qui cum equitibus quingentis primus omnium sese fugae mandauit, ut insectandi sui Caesarianis facultatem demeret, pontem ligneum, quo Galli Ticinum paulo infra Papiam commiserant, rescidit ; ita cum plerique, factum ignorantes, fuga per pontem salutem peterent, alii alios impellentes, omnes in flumen praecipitabantur, et ui fluminis, ac timore obruti peribant. Multi etiam in fuga capti, et in his rex ipse Franciscus, quem amisso exercitu , cum paucissimis equitibus fugientem , Iacobus Auila, et Ioannes Urbieta Hispani equites paulisper insectati sunt, donec ad ponticulum quendam nonnihil haerentem Auila

6 coepta TA: coepa R . 18 Ioannes Urbieta TA: Ioannes R .
19 quendam fort. T: quendam R: quemdam A . nonnihil TA: non
nihil R

imperiales comenzaron a retroceder y a continuación a los germanos del ejército enemigo que se batían con los españoles, los deshicieron y pusieron éstos en fuga sin grandes dificultades, como que se hallaban sin lugar a dudas consternados por la huida de sus compañeros.

34. Casi a un tiempo salió por otra parte Antonio de Leiva al frente de la guarnición, con lo que se hizo general la huida de los franceses. Persiguiéndoles los nuestros, murieron muchos y más perecieron al caer de cabeza al río Tesino. Efectivamente Carlos, Duque de Alansón, que fue el primero en darse a la fuga con quinientos soldados de a caballo, para que no lo pudiesen seguir los imperiales, cortó el puente de madera que los franceses habían tendido sobre el Tesino poco más abajo de Pavía; y así, como los más sin saber tal cosa trataron de salvar sus vidas huyendo por el puente, empujándose unos a otros se precipitaban todos en el río y perecían víctimas de la fuerza de la corriente y de su miedo. En la huida también fueron hechos muchos prisioneros, entre ellos el propio Rey Francisco, a cuyo alcance mientras huía con unos cuantos soldados de a caballo después de perdido su ejército corrieron por algún tiempo los jinetes españoles Jacobo de Avila y Juan de Urbieta, hasta que, al detenerse un poco para

consecutus , equum regium gladio per locum neci oppor-
 tunum adacto confodit , quo cadente , illi ad pedes
 desiliunt , et Franciscum, quem adhuc regem esse nes-
 ciebant , ex eius confesione cognitum , ex ephippio ,
 ne cadens laederetur , exceperunt, cui Iacobus Auila 5
 gladium, Ioannes torquem cum aurei uelleris insigni
 in testimonium capti ab ipsis Regis ademerunt; mox
 tribus aliis equitibus inuectis, et ab his, ut in so-
 cietatem praedae, captique regis admitterentur, postulan-
 tibus, Carolus Lanioius superueniens controuersiam dire- 10
 mit, eosque se, prout quisque meritus esset, donaturum
 pollicitus, Regem abduxit.

35. Capti etiam Almirallius, et Thomas Fusius,
 Galleatius Sanseuerinus, qui ab officio et honore mag-
 nus Scutifer a Gallis dicebatur ; praeterea Iacobus 15
 Cabanaeus, et alii multi proceres; nec huius ordinis
 quisquam omnium effugit, praeter Carolum Alansonii du-
 cem , quem supra nominauimus. Magna praeterea turba
 Gallorum equitum capta , qui Germanorum parta etiam

4 confesione TR: confessione A . 5 exceperunt TA: excoeperunt R
 6 cum aurei TA: cumaurei R . 11 prout TA: pro ut R . 12 abdu-
 xit TA: ab duxit R

pasar un puentecillo, Avila le dio alcance y atravesó el caballo del Rey hincándole la espada en un punto mortal, y al desplomarse éste echaron ellos pie a tierra y, para que no se hiciera daño al caer, agarraron por la gualdrapa a Francisco, por cuya revelación habían sabido que se trataba del Rey, circunstancia que desconocían hasta ese momento. Jacobo de Avila le quitó la espada y Juan el collar con la insignia del toisón, para probar que habían sido ellos los que habían hecho prisionero al Rey; acto seguido llegaron otros tres jinetes que pretendían compartir el botín y la captura del Rey, pero Carlos de Lanoy llegó de improviso y zanjó la disputa prometiendo que premiaría a cada uno según le correspondiera y se llevó consigo al Rey.

35. También fueron hechos prisioneros el Almirante, Tomás Fusio y Galleacio Sanseverino, a quien los franceses por su cargo y dignidad llamaban "Grande Escudero"; además Jacobo Cabaneo y otros muchos señores; clase, de la que no logró escapar ninguno, salvo Carlos, Duque de Alansón, a quien hemos nombrado hace poco. También fue apresado un gran escuadrón de caballería fran-

uictoria saeuientium iram metuentes , sese Hispanis,
 quorum mitior est humaniorque natura , et extra prae-
 lium a caedibus abhorrens , sponte dedebant , et com-
 mendabant , ne sic quidem ualentibus nonnullis manus
 Germanorum effugere. Ex Caesarianis perpauci desi- 5
 derati; Marchio Piscariae , dum inter primos uersatur
 in praelio, quo Heluetii a Germanis fusi sunt , duas
 plagas, alteram leuiorem in facie, alteram secundum
 ilia ancipitem accepit. His Carolus Madritium, ubi
 tunc agitabat, nuntiatis, quanquam uictoriae nuntius ei 10
 non ingratus euenit, tamen quia cum multorum Christia-
 norum caede parta erat, nullam ex more gratulationem
 publice fieri passus est, nec ipse laetitia exultauit,
 sed gaudium moderate pro sua grauitate tulit.

4 ne sic TA: nesic R . nonnullis TA: non nullis R . 5 per-
 pauci TA: per pauci R . 10 quanquam T: quanquam fort. R: quam-
 quem A . 13 exultauit TR: exsultauit A

cesa, que por temor a la cólera de los germanos, que se ensañaban con ellos aun después de conseguida la victoria, se entregaban y se confiaban voluntariamente a los españoles, cuyo carácter es más delicado y humano y no partidario de hacer crueldades fuera del campo de batalla; y ni siquiera así lograron algunos escapar de las manos de los germanos. En las filas de los imperiales hubo que lamentar muy pocas pérdidas. El Marqués de Pescara estando por entre las primeras filas durante el combate en que los germanos pusieron en fuga a los suizos recibió dos heridas, una de menor consideración en la cara y otra más grave en el vientre. Cuando le llegó a Carlos noticia de esto a Madrid, donde residía por entonces, aunque la nueva de la victoria no le fue desagradable, sin embargo en atención a que se había conseguido a costa de muchas vidas de cristianos, no permitió que se hiciese ninguna manifestación pública de regocijo como es costumbre, ni él dio grandes muestras de contento sino que con la gravedad que le era característica moderó su gozo.

LIBER SEXTUS

S I N O P S I S

Traslado del Rey francés a España (1). Clemente VII, los venecianos, la madre del Rey francés y el Rey de Inglaterra se alían en contra de Carlos (2-4). Manera en que la alianza de éstos queda al descubierto (5-13). El Duque de Sforza deja en depósito a los imperiales todos los castillos y plazas de su dominio, excepto Milán y Cremona, a las que aquellos ponen sitio (14-15). Tratado de Madrid y puesta en libertad del Rey Francisco, que confirma su apoyo a la liga en contra de Carlos (16-21). Muerte del Marqués de Pescara y sublevación de los milaneses contra los imperiales (22-25). Recriminaciones del Papa Clemente al Emperador Carlos y respuesta de éste (26-28). El Duque de Urbino toma Lodi (29-30). El castillo de Milán se rinde al Duque de Borbón (31-33). Los confederados asedian Milán (34). Cremona cae en poder de los aliados (35-36). Entrada en Roma de Hugo Moncada (37-40). Embajada de éste al Papa Clemente VII y firma de una tregua (41-42). Estragos realizados por las tropas pontificias en territorio de los Colonna (43). Combate naval de la flota española con la de Andrea Doria en Génova (44-45). Lanoy llega a Gaeta y de allí pasa a Roma, donde firma una nueva tregua con el Papa (46-47). Levantamiento del asedio a Milán y muerte de Juan de Médicis (48-49). Boda de Carlos con Isabel de Portugal (50). Castigo del Obispo de Zamora y absolución del Papa al Emperador Carlos y a Ronquillo, pese a no haber actuado conforme a las normas eclesiásticas (51-53).

LIBER SEXTUS

1. Praelio Papiensi, quo praelio rex Gallorum
Franciscus magno amisso exercitu captus est a ducibus
Caroli Caesaris, et inde paulo post ad ipsum in His-
paniam perductus, diuturno bello, quo iam pridem Ita-
lia fuerat continenter uexata, finis factus esse uideba- 5
tur. Quippe Gallorum fractis uiribus, et opibus exhaus-
tis, magnoque populis Italicis iniecto terrore, nemo
fore putabatur, qui contra Carolum toties in Italia
uictorem bellum mouere animum induceret. Sed illa uic-
toria, ut grata plerisque popularibus euenit, qui sibi 10
longam ex ea quietem et tranquillitatem pollicebantur,

2 amisso TA: a misso R . a ducibus RA: aducibus T .
6 exhaustis TA: ex haustis R . 7 iniecto TA: in iecto R

LIBRO SEXTO

1. Con la batalla de Pavía, batalla en la que el Rey francés Francisco después de haber perdido un considerable ejército fue hecho prisionero por los generales del César Carlos y de allí a poco conducido a España a su presencia, parecía haberse puesto fin a la dilatada guerra, que ya hacía tiempo había venido sacudiendo ininterrumpidamente a Italia, pues se creía que después del exterminio de las fuerzas de los franceses y del agotamiento de sus recursos y de haberse inundado un pánico enorme a los pueblos de Italia, no habría quien se dispusiera a promover una guerra contra Carlos, tantas veces vencedor en Italia. Pero aquella victoria, al igual que resultó grata a la mayoría de la gente del pueblo, que abrigaban a partir de ella la esperanza de una

ac ipsorum studia coepit ad pacem conuertere, sic Italorum principum, quibus erat potentia Caroli suspecta et formidolosa, animos sollicitabat, et ad bellum, si qua ratione fieri posset, renouandum acuebat. Nam Clemens Pontifex Maximus tum aliarum rerum conscientia 5 priuatim exagitabatur, tum illud metuebat, ne si in pacatam Italiam coronarum gratia Carolus traiecisset, suam in Romano Pontifici subiectas, ac stipendiarias ciuitates auctoritatem minueret, et uectigalia deteriora faceret, si non se omnino earum imperio depelle- 10 ret, ob ueterem illam Pontificum et imperatorum de imperio ecclesiastico controuersiam: accedebat Florentinorum ratio, cui ciuitati tunc temporis Clemens idem oppressa libertate imperitabat.

2. Aduentu igitur Caroli ne qua commutatio rerum 15 existeret, Pontifex uerebatur. Veneti sua consuetudine ac instituto ducebantur, qui Gallorum, ac uicissim Hispanorum augescentibus opibus in Italia studiose diligenterque solent suas uires opponere, et cum

3 sollicitabat TR: sollicitabat A . si qua TR: siqua A .
 14 oppressa TA: oppressa R . 16 existeret TR: existeret A

larga tranquilidad y sosiego, y comenzó a hacerles poner sus miras en la paz, a los magnates italianos, recelosos y temerosos del poderío de Carlos los inquietaba y los incitaba a reanudar la guerra con cualquier pretexto.

5 En efecto el Sumo Pontífice Clemente además de la inquietud que en particular le producían otras consideraciones, tenía miedo de que, si Carlos llegaba a trasladarse a Italia después de su pacificación para ser coronado, redujera su autoridad respecto a las provincias feudatarias y sometidas al Romano Pontífice y rebajara las rentas,
10 si no es que lo despojaba por completo del dominio sobre ellas en virtud de la inveterada disputa entre Pontífices y Emperadores acerca de los dominios de la Iglesia: a ello se añadía el asunto de los florentinos; estado, sobre el que en ese momento gobernaba dictatorialmente el mismo Clemente.

15 2. El Pontífice temía por tanto que con la llegada de Carlos se produjeran cambios en la situación. Los venecianos procedían según su costumbre y norma de oponer celosa y diligentemente sus fuerzas ante el auge de la influencia en Italia de los franceses y de los

uictis societatem inire, dum scilicet metuunt, ne non
aliter possint imperium in Italiae continentis urbes et
oppida retinere, quam si neutrorum opes in Italia plu-
rimum emineant; quod sibi a Carolo Caesare tanto ma-
gis uerendum existimabant, quod quasdam in eo tractu 5
imperatoriae dititionis urbes a se tempore superiore
per occasionem occupatas obtinebant, quas ne uictrici-
bus eisdemque iustis armis Carolus repeteret, metuebant.
His accedebat communis causa asserendae Italiae a do-
minatu, ut ipsi praedicabant, barbarorum, et quam so- 10
lam, ut pote omnium maxime et speciosam, et ad popu-
larium animos concitandis efficacem, suis conatibus
Pontifex et Veneti praetendebant; quibus causis, cum
sua ipsi sponte sollicitarentur, tum admonitione et hor-
tatu Alberti Pii Carporum comitis, uiri facundi, et 15
acri ingenio, magnopere accendebantur, cuius propter
plurimum rerum usum, et ueterem nobilitatem, singu-
lari doctrina cumulatam, non mediocris erat apud prin-
cipes auctoritas. Hic enim non modo Gallorum communi
causa, quorum res a Francisco rege legatus apud Pon- 20

6 a se RA: ase T . 18 cumulatam TA: comulatam R

españoles alternativamente, y de aliarse con los vencidos por miedo sin duda a no poder conservar el mando sobre las ciudades y plazas de la Italia peninsular por otro medio que el de no dejar que sobresaliese demasiado el poder ni de unos ni de otros en Italia; y respecto a esto, consideraban que debían sentir recelo del César Carlos tanto más, cuanto que poseían en aquel distrito de jurisdicción imperial algunas ciudades, de las que se habían adueñado aprovechando la oportunidad en épocas pasadas y que temían que Carlos tratara de recuperar con unas armas vencedoras y a la vez justas. A estos motivos se añadía el propugnado por todos de liberar a Italia, según ellos proclamaban, de la dominación extranjera; motivo, que como el más sublime y eficaz de todos para levantar al pueblo, era el único que el Pontífice y los venecianos aducían para sus intentonas. Si bien estos motivos les hacían excitarse por cuenta propia, también avivaban en gran medida esta excitación los consejos y sugerencias de Alberto Pío, Conde de Carpi, varón elocuente y de agudo ingenio, que debido a su enorme experiencia y rancia nobleza completada con una singular instrucción gozaba de no poca influencia ante los potentados. Este, efectivamente, veía con malos ojos los éxitos de Carlos en Italia no sólo porque hacía causa común con los franceses, cuya representación desempeñaba en Roma como embajador del Rey Francisco ante el Pontífice, sino también

tificem Romae procurabat, sed suo quoque nomine Italicis Caroli successibus infensus erat, propter Car-pensem principatum, quo fuerat a Caesarianis deiec-tus, et dum Clementem pontificem Venetosque ad bellum cohortaretur, Gallorum animum, atque opes in
5
societatem belli deferebat; nec enim haec ignara Lu-douica Galli regis matre, aut praeter uoluntatem eius administrabantur.

3. Re igitur per hunc et Venetorum legatum Ro-mae cum pontifice occultis consiliis agitata, placuit
10
communi consilio, Henricum Britannorum regem ad ami-citiam et belli societatem inuitare, quem alienum a Carolo animum gerere constabat propter iniuriam ne-glectae filiae, quam Carolo citra legitimam, et matu-ram aetatem cum spondisset, non ille quidem negle-
15
xit, sed iustis de causis Isabellae Portugalliae regis Emanuelis filiae posthabuit. Propter has igitur causas sua sponte Carolo succensentem regem Britannum Pon-tifex ac Veneti missa legatione, quibuscunque rationi-

2 successibus TA: sucessibus R . infensus TA: in fensus R .
3 quo (principatu in eras.) T: quo principatu RA . deiectus TA:
de iectus R . 11 Britannorum TA: Britanorum R . 18 Britannum
TA: Britanum R . 19 quibuscunque TR: quibuscumque A

por motivos personales, a causa del principado de Carpi, principado del que había sido destituido por los imperiales, e induciendo al Pontífice Clemente y a
5 los venecianos a la guerra les brindaba el apoyo y colaboración francesa para una alianza de tipo militar, pues esto se hacía no sin el conocimiento y la conformidad de la madre del Rey francés, Luisa.

3. Debatida, pues, secretamente con el Pontífice
10 en Roma esta cuestión por medio del de Carpi y del embajador de Venecia, decidieron de común acuerdo invitar a tomar parte en el tratado de amistad y colaboración militar al Rey Enrique de Inglaterra, quien, era manifiesto, no sentía simpatías por Carlos por el agravio de haber desdenado a su hija, a la que antes de tener la edad adecuada y prescrita por la ley había prometido
15 a Carlos y éste ciertamente no menospreció, sino que por motivos justificados dio preferencia a Isabel, hija del Rey Manuel de Portugal. Al Rey inglés resentido, pues, ya de por sí contra Carlos por las mencionadas razones el Pontífice y los venecianos mediante el envío de una embajada lo inflaman por todos los medios

bus possunt, in Caroli odium atque inuidiam incendunt,
 nec priuatarum modo iniuriarum admonent, sed etiam
 commune periculum proponunt, nisi communibus armis
 eatur obuiam Caroli Caesaris in dies augescentibus
 opibus, qui recente de Gallis uictoria, ipsorumque re- 5
 ge capto, usque adeo sublatus esset, magnis spiritibus
 sumptis, ut in omnia Christianorum regna animum adie-
 cisse uideretur : rogare, ut ad insolentiam Caroli co-
 hibendam et iniquos conatus reprimendos, societatem
 secum ac foedus sanctissimum iniret: facile fore ipso- 10
 rum atque Gallorum, quibus eundem animum atque consi-
 lium esse docent , collatis uiribus , Carolum ad ius-
 titiam aequabilitatemque compellere, ac reuocare.

4. Hac audita legatione, Rex Henricus conditio-
 nem accepit non grauate, statimque legatum cum libe- 15
 ris mandatis mittit, qui Romae cum pontifice, et Ga-
 llorum Venetorumque legatis foedus et amicitiam suo
 nomine sanciret. Foedere, quam potuit, occultissime
 percusso, ne si res Carolo fuisset enuntiata, pax, de qua

2 admonent TA: ad monent R . 5 rege TA: regno R . 7 sump-
 tis TR: sumtis A . 8 insolentiam RA: in solentiam T . 11 eun-
 dem TR: eundem A . 12 iustitiam A: iusticiam TR . 19 percus-
 sso TA: per cusso R

a su alcance en odio y enemistad contra Carlos, recordándole no sólo sus ofensas personales sino poniéndole también ante la vista el peligro que corrían todos de no hacerse frente con las armas de todos al poder cada día en aumento del César Carlos, que con la reciente
5 victoria sobre los franceses y la captura de su Rey había tomado tales vuelos y llegaba hasta tal punto su presunción, que parecía haber puesto sus miras en todos los reinos de la cristiandad; que le rogaban que para refrenar la osadía de Carlos y reprimir sus injustos
